Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

De falsa opinione origenis vide infra ...

cum de similib; naturaliter nascuntur Sed ne videretur ade superflua mulieris formatio putanti sibi in animantib; esse simile ideo adduxit dominus ad adam omnia animancia terre et aeris in quibus intelligenda sunt et aque animantia a parte totum accipe. vel quia ex terra sunt vel potius pisces post ab hominib; cogniti sunt et nominati quod patet quia equivocant animantib; terre quia pisces hijs deprehensi sunt. Fecerat autem deus ut omnia simul venirent eo nutu quo omnia creavit vel forte per angelos adduxit autem per duob; ut et homo imponeret eis nomina in quo sciret eum sibi preesse et sciret adam nullum sibi simile esse eis. Et imposuit eis nomina adam loquens lingua hebrea que sola fuit ab initio quia nomina que leguntur usque ad divisionem linguarum hebrea sunt. Et non invento simili sibi immisit deus soporem in adam non somnum sed extasim in qua creditur superne interfuisse curie unde et evigilans prophetavit de coniunctione xpi et ecclesie de diluvio futuro et iudicio futuro per ignem ibidem cognovit et filiis suis predicavit. Cumque obdormisset tulit unam de costis eius carnem scilicet et os et edificavit ministerio angelorum illam in mulierem de carne carnem de osse ossa faciens et statuit eam ante adam qui ait hoc nunc os ex ossib; meis et caro de carne mea. Hoc adverbium nunc iudeos trahit in errorem ut dicant aliam prius factam de qua dictum est masculum et feminam creavit eos nunc scilicet quasi diceret adam prior mulier de limo terre facta est mecum sed nunc de carne mea. Etiam

Per y. id est de archon i. principatus per yarchon est liber in quo origenes dicit xpm ad lr

yosephus dicit mulierem extra formatam in paradysum cum viro translatam dicens et in hunc ortum introduxit

in aere per demonib; pati debere sit in terra per homib; passus est. hac auctoritate nichil o disti eorum que fecisti

adam et eius uxorem precipiens plantacionis habere sollicitudinem et ex duab; uxorib; ade fingunt interminabiles genealogias sed ex ipso textu convinci videntur In quo semper singulariter fit sermo de eius uxore. Nota quod de formatione mulieris agendo de corpe tantum dictum est. Unde quidam tacitum ideo esse voluerunt de anima ut daretur intelligi sit traducta animam mulieris de anima viri sicut carnem de carne. Augustinus etiam hesitare videtur quid sentiendum sit de anima an ex traduce sit an etiam ex nichilo. Sed id ipsum quod tacitum est de anima potius contra eos est. Si enim anima fuit mulieris ex traduce aliter facta est anima viri que de nichilo et si aliter fiebat taceri non debuit ne sic facta putaretur ut iam audieramus de anima viri Itaque tacendo innuit non aliter factam esse quam dicitur prius.

De nominib; mulieris.

Imposuit adam etiam uxori sue nomen tamquam dominus eius et ait Hec vocabitur virago i. a viro acta et est sumptum nomen a viri nomine ut materia de materia sumpta fuerat etiam nominatio in hebreo hec est Is enim vir dicitur inde denominatur yssa ut a viro virago. hoc nomen mulieris illius proprium fuit nunc omni est commune. et eius sincopatum virgo quamdiu sunt in integritate nativitatis sue. Fracte dicuntur mulieres sicut hoc nomen adam i. homo fuit illi proprium nunc hominum commune. Etiam adam sonat rubeus

quia etiam que de aquis aliquid in se terre habent

scilicet est

quod in predicit

liberis

alias in mera

hominum